boni in aliquo reperitur monstratur in isto, et ideo, quod

fecimus, bene credimus fecisse. Sic denique contentione inter eos diu persistente, nullo modo animos archidiaconi ad hoc, quod fecerant, propter sacramentum flectere quiverunt. Et quoniam maior pars clericorum et laicorum cum archidiacono erat, deposuerunt et eiecerunt predictum Benedictum de papatu suo, et sic elegerunt papam Gerardum Florentinum episcopum, cui imposuerunt nomen Nicholaus, natione Allobrogus, quod alio vocabulo Burgundio dicitur, qui vixit an. 2. m. 6. d. 1.

Alexander natione Mediolanensis de patre Arderico sedit an. 11. m. 7. d. 22.	Alexander, qui vocatur Anselmus, natione Longobardus sedit an. 11. m. 6. d. 25.	~~Calixtus~~ Alexander II. natione Mediolanensis de patre Arderico sed. an. 10 [an. 11. m. 7. d. 21]	Alexander, qui vocatur Anselmus, natione Mediolanensis ex patre Anselmo, ex civitate Lucensi assumptus sedit an. 11. m. 6. d. 22. Hic a primevo iuventutis suae castus humilis, largus, benignus fuit. Multis enim coolatis diebus,	Alexander annos 11.

postquam huius cathedrae suscepit gubernationem, Romani, quorum mala consuetudo semper fuit eum odio habere ceperunt. In tantum denique crevit malitia eorum, quod apud potentiam Teutonici imperatoris optinuerant, quod ipse per nuntios suos Cadolum, Parmensem episcopum, Romam super Alexandrum pontificem misit. Qui Cadalus mense Aprili die 14a Romae cum suo apparatu appropinquans, magnam cedem de predictis Romanis tam de amicis quam de inimicis fecit. Hoc vero factum ~~est~~ fuit anno dominicae incarnationis indictione XVa. Qua ~~vero~~ domni[a]) predicti imperatoris et Romanorum malitia non diu persistente Alexander in suo permansit episcopatu cum gloria, laude et honore, infelix vero Cadalus cum magno dedecore repedavit ad propria. Hic vero perhactis, multo post vivens tempore, Christi confessor X. Kal. Maii universae carnis viam ingrediens, quievit in pace. Sepultus est in ecclesia beati ~~Pauli~~ Petri apostoli et cessavit episcopatus dies 3.

Gregorius nac. . . . .[b]) sedit an. 9. Hic fuit scolar anno 18o Heinrici tercii indictione Xo anno Domini 1072.[c])	Gregorius, qui vocatur Ildebrandus, natione Tuscus ex patre Bunico sed. an. 12. m. 1. et d. 2.[d])	Gregorius VII. natione Tuscus de oppido Rovaco ex patre Bonico sedit an. 12. m. 1. d. 5.[e])	1. Gregorius VII., qui vocatur Ildebrandus, natione Tuscus de opido Rovaco ex patre Bonizo, sedit an. 12. m. 1. d. 3. Regnante [illegible]	Gregorius VII. annos 12. mensem 1. dies 5.[f])

a) deest cod. b) Lacuna in codice relinquitur. c) Hic finem librarius catalogo imposuit, ~~alter~~ tum saeculo XIII. nomina pontificum usque ad Alexandrum IV. adscripsit, adnotationibus in margine addidit, quae etiam in catalogo Cencii camerarii occurrunt, tertius denique post aliquot pontificum nomina addidit. ~~Haec~~ Quae addimenta plane nullius momenti ad res historicas explorandas mihi videntur. d) Desinit catalogus. e) Eadem manu addantur: Victor III. [m. 4. d. 7], Urbanus II. sedit an. 11. m. 4. d. 16. Paschalis secundus. Desinit catalogus. f) Eadem manu addantur, Victore III. omisso: Urbanus annos XI., Paschalis II. papa fuit annos 22. Gelasius annum unum. Calixtus et dimidium annum. Honorius II. Innocentius II. Celestinus II. Lucius II. Eugenius III. Anastasius IV.